



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De Imitatione Christi Libri Quatuor

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput IX. Quod omnia ad Deum, sicut ad finem ultimum sunt referenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45780)

ti, humiles, & devoti, quia salus  
nostra tu es, virtus, & fortitudo  
nostra.

## CAPUT IX.

*Quod omnia ad Deum, sicut ad  
finem ultimum, sunt referenda.*

1. **F**ili, ego debeo esse finis tuus  
supremus, & ultimus, si ve-  
re desideras esse beatus.

Ex hac intentione purificabitur af-  
fectus tuus, sæpius ad seipsum, &  
ad creaturas male incurvatus.

Nam si teipsum in aliquo quæris,  
statim in te deficis, & arescis.

Omnia ergo ad me principaliter  
referas, quia ego sum, qui omnia  
dedi.

Sic singula considera, sicut ex  
summo bono manantia: & ideo ad  
me tanquam ad suam originem cur-  
cta sunt reducenda.

2. Ex me pusillus, & magnus,  
pauper, & dives tanquam ex fonte  
vivo aquam vivam hauriunt: & qui  
mibi

mibi  
grati

Q  
riari,  
lecta  
dio,

sed n  
gusti

Ni  
debe

attrib  
quo

Eg  
bere

ne g

3.  
glori  
Et

vera  
dia,

priva  
V

ritas  
res.

Si



mibi sponte, & libere deserviunt, gratiam pro gratia accipient.

Qui autem extra me voluerit gloriari, vel in aliquo bono privato delectari, non stabilietur in vero gaudio, neque in corde suo dilatabitur, sed multipliciter impediatur, & angustabitur.

Nihil ergo tibi de bono adscribere debes, nec alicui homini virtutem attribuas: sed totum da Deo, sine quo nihil habet homo.

Ego totum dedi, ego totum te habere volo: & cum magna districtione gratiarum actiones requiro.

3. Hæc est veritas, qua fugatur gloriæ vanitas.

Et si intraverit cœlestis gratia, & vera charitas, non erit aliqua invidia, nec contractio cordis, neque privatus amor occupabit.

Vincit enim omnia divina charitas, & dilatat omnes animæ vires.

Si recte sapis, in me solo gaudebis,



bis, in me solo sperabis: quia nemo bonus, nisi solus Deus, qui est super omnia laudandus, & in omnibus benedicendus.

## CAPUT X.

*Quod spreto mundo dulce est servire Deo.*

I. **N**unc iterum loquar Domine, & non filebo; dicam in auribus Dei mei, Domini mei, & Regis mei, qui est in excelsis.

*O quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te! Sed quid es amantibus? quid toto corde tibi fervientibus?*

Vere ineffabilis dulcedo, contemplationis tuæ, quam largiris amantibus te.

In hoc maxime ostendisti mihi dulcedinem charitatis tuæ, quia cum non essem, fecisti me: & cum errarem longe a te, reduxisti me: ut servirem tibi; & præcepisti, ut diligam te.